

A 1938/IV



SD 2695

2

Reg. ný ontatvéný ok, Matica Slov. Slov. Martin:
/316.ig.J/

699

Positionum
Theologicarum
DECAS IV.
SACRO^{DE} SANCTA
TRINITATE
QUAM
in Lyceo Reg. Lib. Civitatis
Montanæ Schemniciensis
ANNO
M. DC. LXX.
P R A E S E S
M. Caspar Schén/
Rector Primar.
RES PONDENTE
JOHANNE Strompff Fölkens. Scapus.
disputabit publicè
die **XII May.**
oooooooooooooooooooo
POSONII,
imprimebat Gottfriedus Gründer.



Regi nyomtatványok, Matica Slov. Martin:
/316.ig.j/

VIRIS

Tenerosis, Strenuis, Nobilissimis, Consultissimis, Pruden-
tissimis, & multo rerum usu ac autoritate Expe-
rientissimis, Gravissimisq;

1391/30

Dnn. Judicibus & Senatoribus

Regiar. Liber. Montanarumque Civitatum

CREMNICENSIS,

SCHEMNICENSIS,

NOVISOLIENSIS,

ut &

Maximè Reverendis, Prae-Clarissimis, Dotissimisq;

VIRIS

Dn. MICHAELI NOSCOVIO, Ecclesiae Patria
Folkensis Proto-Mystæ vigilantissimo, hactenus per sexen-
nium Confessori, nunc jam Venerandæ & almæ Fraterni-
tatis Pastorum XXIV. Regalium in Scepusio, Comitatu Su-
per. Hungariæ Amplissimo SENIORI meritissimo.

n. M. JOHANNI BAYER, Antistiti Eccle. Varall
nec non Venerabilis ejusdem Contub. Assessori celeberrim

n. CHRISTOPHORO KLESCH, Ecclesiae Geor-
gimontanae Pastori fidelissimo, ejusdemque Venerab. Fra-
ternit. Notario & Assessori dignissimo.

n. JOSEPHO Gelsenreich / Ecclesiae Folkensis
Symmystæ fidelissimo.

n. GEORGIO KIREIN, Ecclesiae Dei, quæ Salko
cii colligitur, Ministro solertissimo.

Dnn. Mæcenatibus, Pautoribus & Evergetis suorum stu-
diorum optimis, debito amoris & honoris cultu

ternum prosequendis
ad Theologicam in sui suorumque
didrum commendationem ac promo-
nem offert & exhibet

RESPONDENS.

SD2695₂

Positionum

DEC.

P

M. C A S P

Rector

Ref.

JOHANNE STU

P O S

HAdenus Mysterium U
Articulo de Deo sive p
tatis pergitus in hoc
nus Trinitatis quia no
gitur, abstractum Patribus ad
contra Prax. Cyprian. Serm
denotatur prima nominis in
numeris, sed Ecclesiastica lo
te ponitur, singularem illum
personarum ternarium indica
tribus compositum, sed tres
gnum discrimen sit inter trin
in essentia unum, tres habe
tribus est compositum, inde
plicem. Hujus hinc Mysteri
um pluralitatem exponem
tas in hoc Articulo, quam e
quæ in una essentia dicuntur
citur, quod hæ tres personæ
minenter, non modo Physic
tia divina nihil aliud est, qua
aliud quam una essentia; pa
tia hæc verè divina pronunc
minum sensum, omnem A
omnem tam Angelicum, qu
sophi Ethnici quidem etiam

Positionum Theologicarum
DECAS IV.

Præside

M. CASPARE Ghon

Rectore Primario,

Respondente

JOHANNE Strompff/Folken.Scep.

POSITIO I.

HAcenus Mysterium Unius Deitatis consideravimus, in Articulo de Deo sive primo, nunc ad Mysterium Trinitatis pergitus in hoc Articulo ordine secundo. Terminus Trinitatis quia non nisi in Concreto in Scriptura legitur, abstractum Patribus adscribimus, quo etiam utitur *Tert. contra Prax. Cyprian. Serm. de Orat. Dom. Ambrosius, &c.* & denotatur prima nominis impositione cuiuslibet rei ternarius numerus, sed Ecclesiastica loquendi consuetudine, cum absolute ponitur, singularem illum & incomprehensibilem divinarum personarum ternarium indicat, quo non indigitatur aliquid ex tribus compositum, sed tres personæ unius essentia, ita ut magnum discrimen sit inter trinum & triplex. Trinum est, quod in essentia unum, tres habet subsistendi modos; triplex quod è tribus est compositum, inde trinum Deum dicimus, sed non triplicem. Hujus hinc Mysterii essentiæ Unitatem, tum Personarum pluralitatem exponemus. Est autem quoad prius hæc Unitas in hoc Articulo, quam essentiæ vocamus, *partim radicalis*, quâ in una essentia dicuntur esse tres personæ, i. Joh. 5. 7. ubi dicitur, quod hæc tres personæ unum sunt, non communiter, sed eminenter, non modo Physico sed hyperphysico; siquidem essentia divina nihil aliud est, quam tres personæ, & tres personæ non aliud quam una essentia; *partim transcendentalis*, quia essentia hæc verè divina pronunciatur, quæ transcendet omnium hominum sensum, omnem Angelorum captum & conceptum, omnem tam Angelicum, quam humanum intellectum. Philosophi Ethnici quidem etiam unum primum & summum rerum

A 2

princi-

s, Consultissimis, Pruden-
ac autoritate Expe-
zvissimisq;

Senatoribus

rumque Civitatum

ENSIS,

ENSIS,

ENSIS,

Clarissimis, Dottissimisq;

S

OVIO, Ecclesiæ Patria-
ntissimo, hactenus per sexen-
tenerandæ & almæ Fraterni-
am in Scopusio, Comitatu Su-
ENIORI meritissimo.

, Antistiti Eccle. Varal-
Contub. Assessori celeberrim
ESCH, Ecclesiæ Geor-
, ejusdemque Venerab. Fra-
gnissimo.

Ecclesiæ Fôlkensis

Ecclesiæ Dei, quæ Salko-
fissimo.

Evergetis suorum stu-
oris Ghonoris cultu
equendis
gicam in sui suorumque
nendationem ac promo-
exhibit

RESPONDENS.

principium dandum esse rationibus ex natura petitis demonstrare conati sunt, inter quas minimè postremum locum obtinet Argumentum illud Aristotelis, quo ex multiplici motu rerum omnium necessario statuit unum tantum primum movens, à quo cætera omnia moventur; cui cognatum est & illud, quod sub finem 2. Met. prodit: *Quicquid rebus aliis est causa, ut sint, id in quolibet genere est primum, unum & summum;* at omnia hæc & similia argumenta nihil aliud probant quam Deum esse unum, ratione Articuli prioris, non tamen id, in quo Articuli præsentis mysterium consistit, nempe unum illud simul & quidem sine ulla contradictione esse Trinum, vid. *Sob. Phil. Meisn. part. I. pag. 1134. seq.* Admirari igitur magis licet & simplici fide venerari hanc Unitatem, quam ulla ratione humana vel Angelica scrupulosè rimari; partim etiam hæc est Unitas *Substantialis vel essentialis*, quia tres dicuntur in una essentia vel natura esse, Unitate singulari & absolutissima, hoc est Unitate numeri, qui terminus jam dudum in Scholis Theol. obtinuit, quatenus scil. Deus maximè Ens dicitur, & maximè indivisus, ideo etiam Unus hoc loco non consideratur, qua est principium numeri, sed tout unum convertitur cum Ente, ut ex Metaphysicis notum, & Unum nihil aliud significat quam Ens indivisum, nihilque nisi aliud addit quam divisionis negationem. Hinc alia rationes: Deus dicitur numero unus, alia punctum & Unitas, quæ dicitur principium numeri propriè sic dicti. *Rejicimus ergo in mystério, Unitatem Specificam*, nam quæ hoc modo unum, ea numero multa sunt, cujus multitudinis causam Philosophi materiam dicunt: *Unitatem Genericam*, quæ enim Genera sunt unum, ea, propter contrarias differentias Specie & Definitione non sunt unum: *Unitatem Subjecti vel Affectionis*, enim mutabilis esset, uti *Sabellius & Servetus* veteres hæc variis dispensationibus Deum unum esse blasphemarunt: *Unitatem Modi*, quatenus aliquid unum dicitur vel Definitione, vel eâ ratione quâ aliquid est continuum, posterior Unitas identalis est, & admixtam habet potentiam quæ imperfectione Subjecti semper arguit; secundum priorem alia definitio est

Patris,

Patris, alia Filii, & a modus Unitatis in hoc *sus & Concordiae* dici consensus inter personæ inde sufficienter

Personas divinas tunc dire quoque necessarium intelligimus vel integræ & existant in Unitate eis personæ numerantur. Spiritus Sanctus, sed iuxta fidem Catholicam ipsas personas dicimus prædicata nudis & absolu Trinitatis attribuuntur subsistendi rationem, iuxta subsistentiam in Patre, fortitur, manente quietate. Ex quibus patet, immediatè in prima sui aspectu præcisum quid est, stendi statum importat, est, & antecedenter tantusceptus respicit, ad ESSE afferre potest, quia creatura maxima distantia personæ cretivè & prædicamenta vini non pertineant. Ut maximè sui applicatio que respectu aliarum personarum solius Dei sit & manrum communis esse potest qualis in hoc mysterio. Pamus quidem *Boëtius* Phil. Nat. intelligens ex Deci-

ex natura petitis demonstrat ostrem locum obtinet Ar ex multiplici motu rerum tūm primum movens, à quo um est & illud, quod sub fuis aliis est causa, ut sint, id ī ſumnum; at omnia hæc ant quam Deum esse unum, id, in quo Articuli p̄fſen illud ſimul & quidem fine. *Sob. Phil. Meifn. part.* magis licet & ſimplici fide tione humana vel Angelica ec est Unitas *Subſtantialis* ina eſſentia vel natura eſſe, c est Unitate numeri, qui obtinuit, quatenus ſcil. indiviſus, ideo etiam Uni principium numeri, ſed ex Metaphyſicis notum m Ens indiviſum, nihilque ionem. Hinc alia ratio nctum & Unitas, quæ di di. *Rejicimus ergo in* nam quæ hoc modo unum ltitudinis caſam Philo nericam, quæ enim Ge differentias Specie & De subedi vel Affectionis, ſer-vetus veteres hæc im eſſe blaſphemarunt, : dicitur vel Definitio num, posterior Unitas entiam quæ imperfeſtio priorem alia definitio eſt Patris,

Patris, alia Filii, & alia Spiritus Sancti. Tandem neque ille modus Unitatis in hoc mysterio ſufficit, qui *Voluntatis, Conſenſus & Concordiae* dicitur. Etsi enim ſummus & perpetuus eſt conſensus inter personas Divinitatis, Unitas tamen eſſentiæ di vinæ inde ſufficienter nec demonstrari nec probari potest.

POſITIO II.

Personas divinas tum quoad terminum, tum ipsam rem exp dire quoque neceſſum erit. Illo modo, nos hoc loco non intelligimus vel integras & perfectas Subſtantias, quaſi tot ſint & exiſtant in Unitate eſſentiæ di vinæ perfectæ Subſtantiae, quo personæ numerantur. Pater quidem eſt Subſtantia, & Filius & Spiritus Sanctus, ſed unam eſſe completam in eſſentia di vinæ, juxta fidem Catholicam credimus: Neque nudos in Deo modos ipſas personas dicimus cum Calvinianis nonnullis, cum talia prædicata nudis & abſolutis modis non conveniunt quæ personis Trinitatis attribuuntur: Sed voce personæ notamus realem ſubſtendi rationem, juxta quam eadem eſſentia di vinæ aliam ſubſtentiam in Patre, aliam in Filio, aliam in Spiritu Sancto ſortitur, manente quidem ſimpliciſſima infinitæ eſſentiæ identitate. Ex quibus patet, quod voce personæ hoc loco utamur non immediate in prima ſui abstractione & formalि ſua conditione, neque præciſum quid eſt, & communem Deo creaturis ſubſtendi ſatum importat, hæc enim conſideratio Metaphyſicorum eſt, & antecedenter tantum personas divinas ratione noſtri con ceptus respicit, ad ESSE verò propriam illarum ex eo parum afferre potest, quia creatis etiam personis competit, à quibus maxima diſtantia personæ di vinæ recedunt: multominus concretivè & prædicamentaliter, cum ad prædicamenta termini di vi non pertineant. Ultimur igitur voce Personæ in purifica ta maximè ſui applicatione tranſcendentaliter & eminenter, at que respectu aliarum personarum penitus exclusivè, cum in hoc ſtatu ſoliſ Dei ſit & maneat propria persona, nec ulli creatura rum communis eſſe potest. Hinc facile colligere quis potest qualis in hoc mysterio Personæ Definitio excogitanda ſit: Pri muſ quidem Boëtius Philoſ. Christianus & Martyr lib. de duab. Nat, intelligens ex Decreto Concil. Chalcedonens. in Christo unam

unam tantum esse personam & duas naturas, hanc personæ Definitionem dedit: *Persona est naturæ rationabili individua substantia*; quæ Definitio successu temporis studio & opera Patrum correctior & limitatior facta, dum initio pro *naturæ rationabili* substitutum est *Substantiæ intelligens*, deinde ne vox Substantiæ accipiatur pro voce *Essentiæ*, & sic persona cum essentia confunderetur, ideo adjecta fuit vox *incommunicabilis* ad differentiam essentiæ, quæ est omnibus tribus personis communicabilis. Ac denique cum constaret ex Articulo de Persona Christi, Humanam naturam esse quidem Substantiam, individuam, intelligentem, incommunicabilem sed non esse personam propterea, quod per se non subsistat, sed à logo sustentetur, ideo in Definitione personæ addita fuit & hæc limitatio: *Non sustentata in alio.* Unde tandem ea perfecta & uti loquuntur Formalis pròdiit Definitio personæ huic Mysterio congruens: *Persona est Substantia individua, intelligens, incommunicabilis, non sustentata in alio.*

POSITIO III.

Res ipsa in hac doctrina de Personis Trinitatis considerari debet tum quoad personarum numerum, tum statum. Numerus vel indefinitè, quatenus evincenda venit Pluralitas: vel definitè, prout specificatur Trinitas. *Pluralitas* illa non est accidentalis, nec essentialis; sed hypostatica & Personalis, tquia in hoc mysterio non est aliud & aliud sed alius & alius, & est in V. T. frequentior, partim quoad locutionum peculiarium formulam: partim quoad rem ipsam. Illo modo partim in Nominibus pluralis Numeri, ut sunt *Elohim*, *Sob.* *Phil.* *Meisn.* *part.* 2. p. 550. Gen. 1. 26. c. 11. 7. *Adonai*, quam vocem pluralem esse Galatinus & ex Rabbiniis multi observarunt. *Baalim*, Es. 54. 5. *Osim*, Job. 35. 4. Ps. 149. 2. Es. 44. 2. *Schophtim*, Ps. 58. 12. adhibetur de Deo, quô plures personas Judicis partes exequentes designari è Devt. 1. 16. Jud. 2. 16. seq. liquet. Tales etiam reperiuntur præter hæc nomina integræ Orationes, quibus de Deo Scriptura ut de pluribus personis loquitur v.g. Gen. 20. 13. *juxta*

juxta textum in' fonte qui
Elohim de domo Patris m
apparuerant Elohim. 2. 8
him ad redimendum popu
Gen. 1. 26. Et dixit Elohim
NOSTRAM, ad similitu
Adam factus est sicut unus
personæ, cum Deus à De
Gen. 19. 24. & 16. c. 35. 1. 8
ptistæ, ex *Pontific.* *Tost*
si insania, ex libris V. T.
Hos sequitur etiam *Calix*
ster. *Trin.* *Gappar.* *Fili*
Exercit. de *Trin.* sub *Ca*
Resp. *M. Preusso.* Defi
Creationis, Gen. 1. ex Art
Joh. 5. 16. Ps. 104. 30. ex Art
Iemnis manifestationis, M
tionis, Matth. 28. 19. ex ad
am Articuli cæteri prout
pertè satis demonstrant,
probant.

PO

Circa statum hujus My
lis diversitatis, parti
mus infra in Posit. IX. &
tes, quando tres nominan
diversitate essentiali, quo
nec non Valentini Gentili
ferentia modali, quæ diver
tinet, *Kekerm.* ut & Nova
th. 89. non rationali vel j
personæ divinitatis non si
sunt in Deo Subsistentiæ po
virtualiter, multominu

naturas, hanc personæ Dei rationabilis individua temporis studio & opera Pandum initio pro naturæ ratiæ intelligens, deinde ne vox antia, & sic persona cum esset vox incommunicabilis omnibus tribus personis contaret ex Articulo de Persona dem Substantiam, individuum sed non esse personam, sed à logo sustentetur, ideo hæc limitatio: *Non sustentata & uti loquuntur Formasterio congruens: Personagens, incommunicabilis*

III.
Trinitatis considerari debet, tum statum. Numerus venit Pluralitas: vel definitaritas illa non est acci-
ca & Personalis, quia in aliis & aliis, & est in V. um peculiarium formando partim in Nominis. Sob. Phil. Meisn. part. quam vocem plurem es-
tarunt. Baalim, Es. 2. Schophtim, Ps. 58. nas Judicis partes exe-
seq. liquet. Tales eti-
græ Orationes, quibus loquitur v.g. Gen. 20.13. juxta

juxta textum in fonte quis legere deberet: *Errare me fecerunt Elohim de domo Patris mei.* Gen. 35. 7. dicitur, quod Jacobo apparuerunt Elohim. 2. Sam. 7. 23. scribitur, quod iverint Elohim ad redimendum populum sibi. Illustris est locus præter alia Gen. 1.26. Et dixit Elohim FACIAMUS hominem ad imaginem NOSTRAM, ad similitudinem NOSTRAM, cap.3. 27. Ecce Adam factus est sicut unus ex NOBIS. Indicantur etiam plures personæ, cum Deus à Deo, Dominus à Domino distingvitur, Gen. 19. 24. & 16. c. 35.1. & alibi quæ omnia oppugnant Anabaptistæ, ex Pontific. Tostatus, cui insipientia magna est & quasi infania, ex libris V. T. pluralitatem divinam evincere posse. Hos sequitur etiam Calixtus cum complicibus, *Dissert. de Myster. Trin. & appar. Filii Dei in V.T. th. XII. Laterman. Exercit. de Trin. sub Calixt. habita th. 5. 6. Drejer. posit. Resp. M. Preusso.* Definitè specificatur Trinitas ex Articulo Creationis, Gen.1. ex Artic. providentiæ sive conservationis, Joh.5.16. Ps.104.30. ex Artic. Incarnationis, Luc.1.35. ex actu sollemnis manifestationis, Matth.3.16.17. ex Art. nostræ regenerationis, Matth.28.19. ex actu testificationis, 1. Joh.5.7. Idem etiam Articuli cæteri prout in sacris literis nobis describuntur aperte satis demonstrant, & Trinitatis Mysterium apodictice probant.

POSITIO IV.

Circa statum hujus Mysterii notamus partim Statum personæ, diversitatibus, partim essentialis æqualitatis. De hoc agemus infra in Posit. IX. & X. Illum indicant termini terminantes, quando tres nominantur personæ, & quidem distinctæ, non diversitate essentiali, quod Tritheitarum figmentum olim erat, nec non Valentini Gentilis, Stiefelianorum & aliorum, nec differentia modali, quæ diversitas apud Calvinianos nonnullos obtinet, Kekerm. ut & Novator. Calixt. *Resp. prim. contra Mog. th. 89.* non rationali vel juxta rationem ratiocinantem, cum personæ divinitatis non sint nudi rationis nostræ conceptus, sed sunt in Deo Subsistentiæ peculiaris actus; non differunt saltem virtualiter, multominus verbaliter, quia Pater, Filius & Spiritus

Spiritus S. non sunt nuda nomina aut vana verba ; sed differunt ad invicem istae personæ *Realiter*, ut facile quis colligere potest ex distinctis denominationibus, 1. Joh. 5. ex distinctis operationibus in Symbolo Apostolico ; ex distinctis apparitionibus, Matth. 3. c. 17. Similis & in his locis ferè manifestatio etiam appareat in V.T. Dan. 7. 9. ubi per antiquum dierum persona Patris, per hominis Filium ad antiquum dierum venientem persona Messiae ; per fluvium igneum à facie antiqui dierum progredientem Spiritus S. non incommodè designantur. Clarissimè tamen indigitatur hæc personalis diversitas in Symbolo Athanasiano, quando dicitur : *Pater à nullo est factus, nec creatus, nec genitus : Filius à Patre solo est non factus, nec creatus sed genitus : Spiritus S. à Patre & Filio non est factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens* ; contra Anti-Trinitarios veteres, & novos Arrianos atque Photinianos, qui solum Patrem esse summum atque æternum Deum asserunt, ut & contra Sabellianos, Samosatenianos & Servetianos, qui Patrem, Filium & Spiritum S. unam saltem personam contendunt, itemque contra Weigel. qui Patrem esse Filium & Spiritum S. dicit Confes. p. 23. Hos imitatur etiam Cateches. Raco. v. c. 1. p. 36. Ita hac de re Joh. Crell. duos adornavit libros, quem exadè refutatum vid. in Theol. nat. & reuelat. Dott. Calo. v. tom. 2. sup. Aug. Confes. qua cum conf. ejusdem Socinis. Proflig. Disp. 7. pag. 169. seq.

POSITIO V.

Has autem Personas suum quoque habere ordinem, Ecclesia orthodoxa semper observavit contra hæresin Sabellianam, & quidem certum & immutabilem, fundamento non desumpto, vel à tempore, ac si ratione temporis Pater prior esset Filius, vel ab ordine naturæ, quia si natura & essentia in divinis æquipollent, uti etiam verum est, hoc pacto Personæ producentes statuerent priores productis, ipsa essentia, quod impium & blasphemum est ; nec etiam à dignitate, quia omnes tres personæ ejusdem sunt honoris, uti Greg. Nazian. reciſſimè judicavit Orat.

26. quando

26. quando afferit, quod cræ, consensus, gloria & hæc & causa hujus ordinis ipsa generatione Filii, utique Pater personam, & quia non sol rando producunt Spiritum hujus productionis tertiam ve Ordo producentium & patura, in primis in Baptismis, Matth. 28. 19. Quadi ne recenseantur hæc personæ ratione, quod observa ritus S. primo, deinde Filius habetur hic respectus ad non occurrit primò is, qui distri fit, postremo subducimus omnium bonorum ; vel fit tatis ab aliquo sibi imaginatus S. in nonnullis Scripturis tamen propria hujus doctrina Trinitate agitur, minime personas divinas vel gradus, vel subnumerationem incundus, tertius, quos refellit Episcopius lib. 4. Inst. c. Hen. Nicolai, Filium at collocans. Errant Eunomiam supremam & sic porrò

POS

Patrem sive primam Personam Theologi orthodoxi, Deum, quod prima sit Trinitatis sonali, tum Negativè quod positivè eo quod genuerit aeterno spiravit Spiritum sanctum

ut vana verba ; sed differunt
ut facilè quis colligere potest
ph.5. ex distinctis operationi-
nibus apparitionibus, Matth.
manifestatio etiam appetet in
erum persona Patris, per ho-
venientem persona Messiae ;
lierum progredientem Spiriti.
. Clarissimè tamen indigi-
mbolo Athanasiano, quando
*ec creatus, nec genitus : Fi-
c creatus sed genitus : Spi-
ritus, nec creatus, nec ge-
ni-Trinitarios veteres, &
os, qui solum Patrem esse
unt, ut & contra Sabellia-
nos, qui Patrem, Filium &
contendunt, itemque contra
spiritum S. dicit Confes. p.23.
v. c.1.p.36. Ita hac de re
uem exactè refutatum vid.
Calov. tom. 2. sup. Aug.
cinis. Profig. Disp. 7. pag.*

V.

habere ordinem, Ecclesia
contra hæresin Sabellianam,
fundamento non desumpto,
Pater prior esset Filio, vel
essentia in divinis æquipol-
ersonæ producentes statue-
a, quod impium & blasphem-
ia omnes tres personæ ejus-
i. reclassimè judicavit Orat.
26. quando

26. quando afferit, quod omnes tres personæ sint ejusdem natu-
ræ, consensus, gloriæ & honoris. Manet igitur fundamentum
& causa hujus ordinis ipsa *productio*, quia Patri competit Ge-
neratio Filii, utique Pater primam, Filius secundam sustinebit
personam, & quia non solus Pater, sed Pater & Filius simul spi-
rando producunt Spiritum sanctum, utique Spiritus S. ratione
hujus productionis tertiam personam constituet. Hæc Taxis si-
ve Ordo producentium & productorum sanctè afferitur à Scri-
ptura, in primis in Baptismi formula, ad quam adstringimus o-
mnes, Matth. 28.19. Quanquam verò alio quandoque etiam or-
dine recenseantur hæ personæ in Scripturis pro materiæ substra-
tæ ratione, quod observavit Basil. ad cap. 1. Cor. 12. ubi Spi-
ritus S. primo, deinde Filius, tandem Pater commemoratur, sed
habetur hic respectus ad nos, eo quod nobis qui dona accipimus
occurrit primò is, qui distribuit, mox cogitamus eum, qui mi-
sit, postremò subducimus cogitationes ad fontem, autoremque
omnium bonorum; vel fit hoc etiam ideo ne inæqualitas digni-
tatis ab aliquo sibi imaginari possit, hinc mox Filius mox Spi-
ritus S. in nonnullis Scripturæ oraculis ponitur primo loco; in se-
de tamen propria hujus doctrinæ, ubi ex instituto de Sacro-san-
cta Trinitate agitur, minimè hoc fit. Errat igitur, qui inter
personas divinas vel gradus inæqualium dignitatum cum Arria-
nis, vel subnumerationem in eo ponunt, quod dicatur primus, se-
cundus, tertius, quos refellit Basil. c. 18. de S. Sant. Trin. ut est
Episcopius lib. 4. Inst. c. XXXIII. à quo non abludit
Hen. Nicolai, Filium atque Spiritum sanctum sub summo Deo
collocans. Errant Eunomiani, tres essentias constituentes u-
nam supremam & sic porrò.

POSITIO VI.

PAtrem sive primam Personam Trinitatis quando describunt
Theologi orthodoxi, Definitionem neantur *partim ab ordi-
ne*, quod prima sit Trinitatis persona, *partim à Charaktere per-
sonali*, tum Negativè quod aliundè originem non habeat, tum
positivè eo quod generit ab æterno Filium, & cum Filio ab æ-
terno spiravit Spiritum sanctum quod utrumque intra simplicif-
simæ

simæ essentiæ complexum fit : *partim ab externa manifestatio-*
ne, quæ per Creationem, & Filii atque Spiritus sancti missio-
nem facta est. Hinc talis primæ personæ Trinitatis extrui po-
test Theologica descriptio : Deus Pater est prima persona sacro-
sanctæ Trinitatis : quæ aliunde originem non habet, ab æterno
autem genuit Filium & cum eodem spiravit ab æterno Spiritum
S. intra complexum essentiæ divinæ simplicissimum, & per Filium
in Spiritu S. creavit ac conservat & moderatur omnia, Filium mit-
tens Redemptorem & Spiritum sanctum Sanctificatorem generis
humani. Charakter Personalis Dei Patris *negativè* agenesia
est, sive quod à nullo originem habeat, vel quod sit, uti alias lo-
quuntur, ingenitus, qui terminus ita declarari debet, ut soli Pa-
tri competat, cum & Spiritus sanctus agennetos vocetur, non ut
de ipso negetur origo omnis, sed per generationem saltem. Ha-
bet enim Pater essentiam communem cum Filio & Spiritu sancto
secundum quam non est agennetos ingenitus, sed agenetos in-
creatus, vel non factus; illa vox originem sumit à gennao gigno,
hæc, à gignomai si vel producor & increatum notat, quæ duo
probe distinguit *Damasc.lib. I. orth.fid.c.9.* quanquam non ra-
rò hæc Vocabula apud Veteres confundantur : hinc agenesia
hæc Patris & positivè quandoq; exponi potest, quod Pater sit à se-
ipso, quæ voces tamen positivæ, negative declarandæ sunt, non
enim semetipsum produxit Pater, sed à seipso est, & à nullo alio.
Positivè Charakter Patris exprimitur per paternitatem vel ge-
nerationem Activam Filii & Spirationem activam cum Filio Spi-
ritus sancti. Rem ut paucis expediamus, cum *B. Hutt. in*
LL. Com. fol. 104. dicimus Patrem ingenitum & privativè &
negativè. *Privativè*, quia non in modum Filii per genera-
tionem est productus : *Negativè*, quia nullo alio produc-
tio-
modo, quocunque etiam fingatur, Patris persona est produ-
cta, uti ex Scholasticis quoque haud incommode Disputationem
anc definit *Thom. part. I. q. 38. art. 4.* Quid verò de Essentia
ina habendum, gignat ne ? vel non ? contra Scholasticos
timis *Lombard.* qui primum hanc controversiam excogita-
stea verò confirmata & aucta est circa Annum Christi
patet ex actis *Rom. Syn. c. 2.* sub Innocentio III. & ex

Decre-

Decretalibus Greg. II
de Trinitate, Decisi-
edition. Anni 1556.
habita tb. 15. seq. ubi
vel relativè, dicit ear-
tè, alias enim poster

A Ltera Trinitatis
sit diversa à primi
eiusdem cum Patre e
æterno spiravit, hum
sumit, ut perdit in
circumscribitur parti
persona sit, sed ab hi
terno à Patre sit, no
productionem ad ext
Dei, quæ tertia per
nam ex ipsa essentiâ
sit verus Deus non fa
muliere nasceretur,
antequam exiret à Pa
re Prophetarum exti
Imò extitit antequan
onitas, Arrianos,
hæreticos, qui Deit
futatos vid. in tradi
ante Mundane Do
Spiritus S. quia Fil
tum s. refertur, hinc
manifestatione & pro
dine temporis assume
de patet, Filium Dei
as in simplici sua De
humanitate. Prior
bit peculiari Disputa

externa manifestatio-
Spiritus sancti missio-
Trinitatis extrui po-
t prima persona sacro-
non habet, ab æterno
it ab æterno Spiritum
icissimum, & per Filium
tur omnia, Filium mit-
tingificatorem generis
s negati-vè agenesia
il quod fit, uti alias lo-
arari debet, ut soli Pa-
netos vocetur, non ut
ationem saltem. Ha-
filio & Spiritu sancto
us, sed agenetos in-
sumit à gennáo gigno,
tum notat, quæ duo
9. quanquam non ra-
tatur : hinc agenesia
st, quod Pater fit à se-
declarandæ sunt, non
so est, & à nullo alio.
paternitatem vel ge-
nivam cum Filio Spi-
cum **B. Hutt.** in-
itum & privativè &
um Filii per genera-
nullo alio productio-
is persona est produ-
modè Disputationem
id verò de Essentia
contra Scholasticos
roversiam excogita-
ca Annum Christi
Innocentio III. & ex
Decre-

Decretalibus Greg. IX. cap. Firmiter, & cap. Damnamus, Tit. de Trinitate, Decisionem adjecit B. Luth. tom. I. Jenens. p. 572. edition. Anni 1556. Disp. de Myster. S. Trinit. Anno 1544. habita tb. 15. seq. ubi essentiam divinam vel absolutè considerat, vel relativè, dicit eam generare & generari relativè non absolu-
tè, alias enim posteriori respectu tota Trinitas esset incarnata.

POSITIO VII.

Altera Trinitatis persona in libellis Theol. describitur, quod sit diversa à prima, ab æterno tamen ex essentia ejus genita, ejusdem cum Patre essentiæ, quæ cum Patre Spiritum sanctum ab æterno spiravit, humanamque naturam in suam hypostasin as-
sumit, ut perditæ in Adamo filii salvarentur. Ubi Filius Dei circumscribitur partim ab Ordine, quod non prima vel tertia persona sit, sed ab his diversa ; partim ab Origine, quod ab æterno à Patre sit, non per Creationem aut quancunque aliam productionem ad extra, neque per Inspirationem intra essentiam Dei, quæ tertia personæ propria ; sed per generationem æternam ex ipsa essentiâ Dei, Ps. 2. partim ab essentia di-vina, quod sit verus Deus non factus, sed ab æterno existens, antequam à muliere nasceretur, Gal. 4. 4. antequam homo fieret, Joh. 1. 14. antequam exiret à Patre & veniret è cœlo, Joh. 8. 41. quia tempore Prophetarum extitit, I. Pet. 1. II. tempore Davidis, Ps. no. 1. Imò extitit antequam Abraham esset, Joh. 8. contra Judeos, Eb-
onitas, Arrianos, Donatistas, Pelagianos, aliosque plures hæreticos, qui Deitatem Christi gravissimè oppugnant, quos re-
futatos vid. in tractat. Demonst. in vittæ ante Marianæ & ante Mundanæ Doct. Calov. per totum ; partim à relatione Spiritus S. quia Filius non solum ad Patrem sed etiam ad Spir-
itum s. refertur, hinc Spiritus Filii vocatur ; partim ab externa manifestacione & proprio munere humanam naturam in plenitu-
dine temporis assumendo in hypostasin suam. Ex quibus liqui-
de patet, Filium Dei hoc loco considerari, tum ratione theologi-
as in simplici sua Deitate, tum ratione oikonomias in assumta
humanitate. Prior significatio hujus loci est, posterior indige-
bit peculiari Disputatione cum Deo & die. Adeoque hoc loco
gravissi-

gravissime hallucinatur *Photinus*, qui divisionem fecit inter Verbum & Christum, Verbum in Patre fuisse cum crearet hominem, sed non fuisse filium dicit, quam impietatem superiori seculo Servetus renovavit; dicendo logon non fuisse apud Deum personam, sed ipsius Dei virtutem & dispensationem. Ita alios etiam hic enumerare possemus hæreticos, si pagina caperet. Charactrem hypostaticum Filii Dei quod attinet est ille vel kat' exo, qualis in se est, utpote Generatio Filii æterna à Patre, & spiratio ejusdem activa Spiritus sancti cum Patre. Generatio æterna dico sensu passivo, Grammaticè non Physicè, quatenus ex subiecto sive termino non existente, facta notabili mutatione accipitur, qualem Generationem hic fingit Arrius, quia genitus est Filius ab æterno, uti hoc in *Concil. Toletan. XI.* definitum fuit; sed ideo generatio hæc non est impropriè ita dicta uti fieri solet cum de spirituali nostra nativitate sermo est, sed est propriissimè talis, *I. Paral. 19.13. Ps. 2.7. Ps. 72. 2.* ubi dicitur Filius Regis Dei Patris, Rex ipse; non è nihilo per Creationem, nec ex aliena vel externa quadam Substantiâ qualicunque productione, sed ex Substantia Genitoris æterni Patris. Sic spiratio Filii Dei activa communis est cum Patre, qua intra essentiæ divinæ complexum producunt ipsi Spiritum sanctum voce productionis enplatei accepta, quæ non tantum productionem ad extra, sed etiam eam quæ ad intra est ambitu suo complectitur, huicque mysterio maximè conveniens est, non aliter ac spiratio passiva Spiritui sancto, quæ nihil aliud dicit quam processionem vel originem à Patre atque Filio; hinc quia una tantum est spiratio activa Patris & Filii, ideo utrumque unum est principium Spiritus sancti: vel est Character kat' exo, partim cum mittitur Filius à Patre, partim cum Spiritum sanctum mittit Filius cum Patre, non per rationem famuli vel ministri alieni à Substantia Dei, sed ut filius coequalis Patri. Dicitur etiam Christus quidem missus à Spiritu sancto, *Ef. 48.16.* sed solum secundum humanam naturam, secundum quam etiam unctus est à Spiritu sancto, *Ef. 61.* quæ omnia probe observanda sunt, contra *Arrianos, Socinianos, Novatores Calixtum de Myst. Trin.* & ejus Complices, filium Dei Angelum non dici nisi qua minister est, & ratione quæ naturæ contendunt.

Posit.

POSI

Fecit olim Macedonianorum putationi de Spiritu sancto nem multiplicis potestatis sive quod in scripturis adhibetur. (1.) Accidentaliter vel idque partim Metonymicè, p. 2.10. partim Metaphoricè, res 6.16. Eccles. 5.16. Esa. 26.18. vestitum corpora, subtiliori aere partim creata; tum generali anima hominis, *Ecc. 3.21. Luc. 1.10.* partim increata, vel de Deo nomen est sacrosanctæ Trinitatiniæ Filii, *Rom. 1.4. 1. Pet. 3.1.* pro persona Spiritus sancti usq. etia Trinitate ejusdem; cum Procedit à Patre & Filio & in ficationis nostræ gratiâ. Vocati spirituale, nec solum utrumque cum Patre & Filio, nec ipsum propriam, quia à Ium Omnipotentis, *Job. 33.4.* exo in se, vel kat' exo quo commodè considerari debet. tis sancti à Patre & Filio subfini non quasi processio illa prima aut ab altero mediatè, ab altero & Filio, ceu ab uno principio, tūm unum sunt essentiâ, *Joh. 1.1.* num, quia vocatur Patris Spiritus. **Hic j. Character quoad manum** Patre & Filio est ad sanctificat columbae super Christum, Mat tecostes quæ facta est, vel invi-

qui divisionem fecit inter Ver-
fuisse cum crearet hominem,
pietatem superiori seculo Ser-
fuisse apud Deum personam,
ionem. Ita alios etiam hic
pagina caperet. Characte-
rinet est ille vel kat' eso, qua-
terna à Patre, & spiratio e-
atre. Generatio æterna
in Physicè, quatenus ex sub-
sta notabili mutatione acci-
git Arrius, quia genitus est
Toletan. XI. definitum fu-
impropriè ita dicta ut fieri
ate sermo est, sed est propri-
2. ubi dicitur Filius Regis
per Creationem, neç ex alien-
hacunque productione, sed
is. Sic spiratio Filii Dei a-
intra essentiæ divinæ com-
stum voce productionis en-
ductionem ad extra, sed eti-
complectitur, huicque my-
liter ac spiratio passiva Spi-
ritus processionem vel origi-
na tantum est spiratio acti-
vum est principium Spiritus
, partim cum mittitur Fili-
cum mittit Filius cum Pa-
tri alieni à Substantia Dei,
etiam Christus quidem mis-
sion secundum humanam na-
est à Spiritu sancto, Es. 61.
contra *Arrianos, Socinians*
Trin. & ejus Complices,
qua minister est, & ratione
Posit-

POSITIO VIII.

Fecit olim Macedonianorum Hæresis ut plerique Theologi dis-
putationi de Spiritu sancto præmittant accuratam explicatio-
nem multiplicis potestatis sive significationis vocabuli Spiritus, quod in scripturis adhibetur vel accidentaliter vel substantialiter. (1.) Accidentaliter vel pro vento, Gen. 3.8. c. 8.1. Exod. 9.13. idque partim Metonymicè, pro plagis mundi, Ezech. 41.18. Zach. 2.10. partim Metaphoricè, rem evanidam quando significat, Job. 6.16. Eccles. 5.16. Esa. 26.18. vel pro facultate aut donis & effectis Spiritus sancti, 2. Reg. 2.9. (2.) Substantialiter, tum de substanciali corpore, subtiliori aëre scil. Ps. 119. 31. tum de incorporeal, partim creatæ; tum generaliter, Num. 16.21. tum specialiter de anima hominis, Eccl. 3.21. Luc. 8.55. de Angelis, Ps. 104.4. Ebr. 1.14. partim increata, vel de Deo aut essentialiter, prout commune nomen est sacrosancta Trinitatis, Joh. 4.24. nec non naturæ divinæ Filii, Rom. 1.4. 1. Pet. 3.18. aut personaliter, ut hoc loco cum pro persona Spiritus sancti usurpatur, quæ tertia est in sacrosancta Trinitate ejusdem cum Patre & Filio essentiæ, quæ ab æterno procedit à Patre & Filio & in tempore mittitur ab utroque sanctificationis nostræ gratiâ. Vocatur Spiritus sanctus non ob essentiam spiritualem, nec solùm ob tales effectus, siquidem horum utrumque cum Patre & Filio commune habet; sed ob spirationem ipsi propriam, quia à Patre & Filio spiratur ceu spiraculum Omnipotentis, Job. 33.4. Hinc character distinctivus vel kat' eso in se, vel kat' exo quoad manifestationem Spiritus sancti commodè considerari debet. *Ille processio est* vel origo Spiritus sancti à Patre & Filio substantialis intra complexum Deitatis, non quasi processio illa primariò fiat à Patre, secundariò à Filio, aut ab altero mediatè, ab altero immediate, sed ex aequo à Patre & Filio, ceu ab uno principio, siquidem Pater & Filius non tantum unum sunt essentiâ, Joh. 10.30. sed & actu spirationis sunt unum, quia vocatur Patris Spiritus, Matth. 10.10. Filii, Galat. 4.6. **Hic j. character quoad manifestationem, Spiritus S. missio à**
**Patre & Filio est ad sanctificationem vel modo visibili in specie columbae super Christum, Matth. 3. Luc. 3. nec non in Festo Be-
tecostes quæ facta est, vel invisibili, per Verbum & Sacra me-**

qui divisionem fecit inter Ver-
fuisse cum crearet hominem,
pietatem superiori seculo Ser-
fuisse apud Deum personam,
ionem. Ita alios etiam hic
pagina caperet. Characte-
rinet est ille vel kat' eso, qua-
eterna à Patre, & spiratio e-
atre. Generatio æterna
in Physicè, quatenus ex sub-
sta notabili mutatione acci-
git Arrius, quia genitus est
Toletan. XI. definitum fu-
impropriè ita dicta uti fieri
ate sermo est, sed est propri-
2. ubi dicitur Filius Regis
per Creationem, neç ex alien-
hacunque productione, sed
s. Sic spiratio Filii Dei a-
intra essentiæ divinæ com-
stum voce productionis en-
ductionem ad extra, sed eti-
omplectitur, huicque my-
liter ac spiratio passiva Spi-
ram processionem vel origi-
na tantum est spiratio acti-
m est principium Spiritus
partim cum mittitur Fili-
stum mittit Filius cum Pa-
tri alieni à Substantia Dei,
etiam Christus quidem mis-
secundum humanam na-
est à Spiritu sancto, Es. 61.
contra Arrianos, Socinians
Trin. & ejus Complices,
qua minister est, & ratione
Posi-

POSITIO VIII.

Fecit olim Macedonianorum Hæresis ut plerique Theologi dis-
putationi de Spiritu sancto præmittant accuratam explicatio-
nem multiplicis potestatis sive significationis vocabuli Spiritus, quod in scripturis adhibetur vel accidentaliter vel substantialiter. (1.) Accidentaliter vel pro vento, Gen. 3.8. c. 8.1. Exod. 9.13. idque partim Metonymicè, pro plagis mundi, Ezech. 41.18. Zach. 2.10. partim Metaphoricè, rem evanidam quando significat, Job. 6.16. Eccles. 5.16. Esa. 26.18. vel pro facultate aut donis & effectis Spiritus sancti, 2. Reg. 2.9. (2.) Substantialiter, tum de substanciali corpore, subtiliori aëre scil. Ps. 119. 31, tum de incorporeal, partim creatæ; tum generaliter, Num. 16.21. tum specialiter de anima hominis, Eccl. 3.21. Luc. 8.55. de Angelis, Ps. 104.4. Ebr. 1.14. partim increata, vel de Deo aut essentialiter, prout commune nomen est sacro-sancta Trinitatis, Joh. 4.24. nec non naturæ divinæ Filii, Rom. 1.4. 1. Pet. 3.18. aut personaliter, ut hoc loco cum pro persona Spiritus sancti usurpatur, quæ tertia est in sacro-santa Trinitate ejusdem cum Patre & Filio essentiæ, quæ ab æterno procedit à Patre & Filio & in tempore mittitur ab utroque sanctificationis nostræ gratiâ. Vocatur Spiritus sanctus non ob essentiam spiritualem, nec solùm ob tales effectus, siquidem horum utrumque cum Patre & Filio commune habet; sed ob spirationem ipsi propriam, quia à Patre & Filio spiratur ceu spiraculum Omnipotentis, Job. 33.4. Hinc character distinctivus vel kat' eso in se, vel kat' exo quoad manifestationem Spiritus sancti commodè considerari debet. *Ille processio est* vel origo Spiritus sancti à Patre & Filio substantialis intra complexum Deitatis, non quasi processio illa primariò fiat à Patre, secundariò à Filio, aut ab altero mediatè, ab altero immediatè, sed ex aequo à Patre & Filio, ceu ab uno principio, siquidem Pater & Filius non tantum unum sunt essentiâ, Joh. 10.30. sed & actu spirationis sunt unum, quia vocatur Patris Spiritus, Matth. 10.10. Filii, Galat. 4.6. **Hic j. character quoad manifestationem, Spiritus S. missio** à Patre & Filio est ad sanctificationem vel modo visibili in specie columbae super Christum, Matth. 3. Luc. 3. nec non in Festo Recostes quæ facta est, vel invisibili, per Verbum & Sacra mer-

Gal. 4.6. 1.Cor. 12.2. Mittimus igitur hic Sadducæos ; qui hujus personam oppugnarunt , ut testis est, præter Lucam in Actis , **Nazian. Orat. 37. Epiph. hæref. XIV.** Valentinianos, qui æternitatem oppugnarunt ut testis est *Atbanas.* tom. 2. p. 185. & eos, qui Sec. II. ejus hypostasin impugnarunt, ut sunt *Noëtiani Sabelliani*, qui Divinitatem Sec. III. qui Filium inter Creaturas numerant *Epiphan. hæref. 64.* Sec. IV. Ætianos, Eynomianos, Eudoxium Macedonii in Constantinopolitano Episcopatu successorem, Sec. VII. qui Spiritum s. crediderunt esse parvum. quendam hominem montanum referente *Greg. M. Epist. 6. Dannæum & alios, Anabaptistas, Socinianos, Arminianos,* & sic porrò, qui omnes Spiritus s. Divinitatem, æternitatem, personalitatem gravissimè labefactarunt olim & hodie labefactant. Et hæc de Statu Personaiis diversitatis sufficient hoc loco dixisse.

POSITIO IX.

Statum in Mysterio SS. Trinitatis Essentialis, æqualitatis quod concernit, præter fundamenta in Posit. super. jam hinc inde adducta rationibus porrò probamus : (1.) quia ubi datur essentialis identitas, ibi etiam æqualitas, hæc enim ex illa originem trahit. (2.) quia posita eadem essentia per omnia , ponantur eadem attributa, ita ut in omnibus essentialis æqualitas servetur. (3.) Quia juxta Symbolum Athanasii , Patris & Filii & Spiritus sancti una est divinitas, æqualis gloria & coæterna Majestas.

POSITIO X.

Tandem dicuntur Personæ Trinitatis secundum statum essentialis æqualitatis partim ejusdem essentiæ, 1.Joh.5.7. Verbum & Spiritus unum sunt. Unum, non quoad velle, non scire, non dicere tantum, sed ESSE , uti Christus testatur , Joh. 10. 30. partim ejusdem potentiæ, quia posse sequitur ipsum esse, nam Pater est Omnipotens, de quo nemo dubitat , Filius etiam , Gen. 17. 1. Spiritus sanctus est Omnipotens, quia omnia operatur in omnibus, 1.Cor.12.9. partim ejusdem etiam æternitatis, quia Pater est æternus, 1.Tim.1.17. Filius est æternus, Ps.2.7. & Spiritus sanctus, Heb.9.14. Tantum sit & de hoc Articulo dictum, Triadi ergo sacro-sanctæ sit

Æterna Laus, Honor & Gloria!

ORNATISSIMO
Strompff

Quærit avarus opes,
Si virtus desit, ni
Sola animi Virtus, pret
Thesauris , Virtus
Verum hoc est aurum,
Vivitur hoc solo ,
Maðte animo Juvenis !
Successus addet ,
Perge modo , & donis
Dulcescet Labor ,
Adsit Sancta Trias stud
Utilis ut tandem V
Vestro , Scepusii Fratre
Gratia vestra ejus p
Dum Musæ florent, pie
Dotibus his colitut

M. JOHA

DE TRIADE, è Cathe
Præside sub Claro

GODOR

no-

hic Sadducæos ; qui hujus
est, præter Lucam in Actis,
IV. Valentinianos, qui æ-
Athanas. tom. 2. p. 185. &
ugnarunt, ut sunt Noëtia-
III. qui Filium inter Crea-
Sec. IV. Aetianos, Eynomis-
tantinopolitano Episcopatu-
f. crediderunt esse parvum.
ente Greg. M. Epist. 6. Da-
nianos, Arminianos, & sic
atem, æternitatem, persona-
& hodie labefactant. Et hæc
ant hoc loco dixisse.

IX.

Essentialis, æqualitatis quod
Posit. super. jam hinc inde
(1.) quia ubi datur essen-
hæc enim ex illa originem
ia per omnia, ponantur ea-
ntialis æqualitas servetur.
, Patris & Filii & Spiritus
a & coæterna Majestas.

X.

tis secundum statum essen-
essentia, 1. Joh. 5.7. Verbum
quoad velle, non scire, non
s testatur, Joh. 10. 30. par-
iuit ipsum esse, nam Pater
, Filius etiam, Gen. 17. 1.
omnia operatur in omni-
æternitatis, quia Pater est
, Ps. 2.7. & Spiritus sanctus,
iculo dictum, Triadi ergo

Gloria!

ORNATISSIMO JUVENI JOHANNI
Stomppi / Fölkenfi Scepusio.

Quærit avarus opes, Thesauros corporis ambit,
Si virtus desit, nil feret umbra boni;
Sola animi Virtus, pretiosior omnibus auri
Thesauris, Virtus tollit ad astra caput.
Verum hoc est aurum, quod nemo subtrahit unquam
Vivitur hoc solo, cætera mortis erunt.
Mæste animo Juvenis! divinæ gratia mentis
Successus addet, nec vacuum esse finet.
Perge modò, & donis majoribus imbue mentem,
Dulcescet Labor, & præmia digna feres.
Adsit Sancta Trias studiis, Te dirigat illa,
Utilis ut tandem Vir Patriæ esse queas.
Vestro, Scepusii Fratres, hunc credo favori,
Gratia vestra ejus promoveat studia.
Dum Musæ florent, pietas, doctrinaque sana,
Dotibus his colitur ritè solum atque polus.

Ita ex animo gratulatur

M. JOHANNES Windisch Eccles. Schemnic.
Pastor, & Montanarum Senior.

DE TRIADE, è Cathedra dum differis, cotime Stromppi,
Præside sub Claro; Te, juvet alr. TRIAS!

brevi versu

¶ olixum affectum
erga Ornatum Respondentem
contestatur scr.

GODOFREDUS TITIUS, Eccl. Lutheran-
no-Evang. Schemnic. Archi-Diaconus

Re

Rem magnam tentas, subis & certamen acerbum,
 De TRINO ac UNO NUMINE verba movens,
 Nam PATER, & NATUS, simul ac SPIRABILE NUMEN
 Est basis & nostræ Religionis apex.
 Surgunt Weigelius, Svenckfeldius, ecce! Photinus:
 Stant Cata-baptistæ, Vorstius atque malus:
 Oppugnant Alii vigili ratione potenter,
 TRIN-UNUMque negant pectore & ore DEUM.
 Nunc opus est animo forti; nunc pectore firme,
 Nunc opus est galea; nunc clypeoque bono.
 Sit clypeus VERBUM DIVINUM: quoslibet hostes
 Hoc profligabis, quicquid & Orcus alit.
 Quapropter, STROMPFI, pugnabis fortiter. Opto
 Successus faustos! TE DEUS ipse juvet,
 Ut doctis horum os obtundas denique dictis,
 Sicque feras PATRIÆ commoda mille tuæ.

Ornatiss. Dn. Respondenti, Amico perdilecto,
 applaudens scribebat

JOHANN-ADAM Höffsteter / Egrā-
 Variskus, Eccles. Schemnic. Germanico-
 Evangel. Symmysta.

TRINUM in corde geris, TRIN-UNI dogma sacra-
 Defendis, maneas servus ut ipse, Dei: (tum
 TRIN-UNUM studiis metamque scopumque locasti,
 TRIN-UNIUS merito præmia larga feret!

Hæc pauca pereximio Dn. Respondenti,
 amico svavissimo, TRIN-UNIUS Dei
 gratiam, & faustissima quævis precatus,

L. Mq; apposuit
CHRISTOPHORIUS PARSHITIUS
 Lycei Schemm. Red. Sec.

